

Quia cum illis esset persuasum, Deum unum esse, tamen ut tempore fervirent, plura numina venerabantur. Adverite, Christiani. Hi propter hominum timorem rationi suae vim faciebant, & serviebant Diis, quos ignorabant; nos vero propter alium timorem hominum vim facimus fidei nostrae, & Deo, quem credimus, non servimus. Illi inviti quidem, sed ut mundo placerent, erant superstitiosi, & idolorum cultores; nos vero profus opposito effectu, sed eodem principio, saepe licet inviti, flagitiosi sumus, & impii. Illi ne sibi populorum odia constarent, cohibebant, quod reprehendebant, agebant, quod arguebant, quod culpabant, adorabant, quae S. Augustini sunt verba; nos vero ad hominum censores evitandam, quod corrupti saeculi usus, legibusque subicimur, dedecore afflicti, quod prohiemur, polluiamus quod reveremur, blasphemamus operibus factem, non, ut quidam aiebat Apostolus, quod ignoramus, sed quod scimus, & confitemur. Et dum fortes illi gentilitatis spiritus asserta fortitudine sua per quamdam hypocritis speciem sese captivabant, nos alia nosmet captivamus. *Idem.*

Humanus respectus est servitus opusita Christi & hanc libertatem.

Sinite nos in desertum concedere, dicebant Aegyptiis Hebraei; donec enim in terra hac veriamur, non licet nobis libere Deo Israel sacra facere. Ut autem illi factis operemur, libertate nobis est opus. Reliquis in rebus dicto praesto erimus, & obtemperabimus; & quantumvis austerius sint leges vestrae, haud exgre illis parebimus. Ita S. Hieronymus hunc Exodi locum interpretatus ait, ita loqui debet christianus, quem providentia vult in mundo vitam traducere, ideoque ibi religionem tuam. Ante omnia dicere debet, me legibus mundi conformabo, mundi consuetudinem observabo, mundi officia custodiam; immo si opus fuerit, mihi vim inferam, ne aliquid faciam, quod mundo displiceat: ac cum de eo sermo erit, quod Deo meo debeo, ego supra mundum assurgam, neque mundus dominabitur mihi. In hoc munere obeundo, quod christiani hominis potissimum est, neque mobilis erit, neque imprudens; sed liber ero, & prudentia, qua utar, ut me ipsum regam, nihil habebit, quod a felici degeneret libertate, quam S. Paulus vult servare, tamquam proprium status gratia, ad quem illum exultat Deus, privilegium. *Idem.*

Humanus respectus imbecillitas.

Humanus respectus profecti nequit nisi ex timore, ac pusillanimitate, quae magnam mentis imbecillitatem indigit. Mundi censuram metuimus, & hoc pacto fatemur mundo, nobis satis virium non esse, ut eam contemnamus in istidem rebus, ubi eum magis contemptibilem judicamus: confessio, quae una nos rubore suffundere deberet. Metuimus, ne imbecilles habeamur; nec cogitamus, timorem hunc imbecillitatem esse, ac miseriam imbecillitatem. Pudet nos palam virtutem amplecti, nec videmus, hunc pudorem, ut ita loquar, longe turpiorem esse, quam si virtutem ipsam amplecteremur. Quid enim turpius, quam erubescere, si quales sumus, & quales esse debemus, videamur? Unum verbum, unica nos turbat irrisio, neque cogitamus, qua de re, nec a quibus nos turbari sinamus; qua de re, nihil enim tutius est irrisione, quae veram petit virtutem: a quibus, turbamur enim a vanis hominibus, a quibus probari, vel improbari nostra interesse non debet; ab hominibus, quorum levitas non secus ac impietas nobis est explorata; ab hominibus, quorum consilia sequi, multoque minus legem accipere in aliquo negotio; ab hominibus, pro quibus ne in minima quidem voluptate nostra vim nobis inferre vellemus. Hi tamen sunt illi, propter quos nobis vim facimus, illi, quorum rationem habemus, illi, quibus deploranda cecitate nosmet subicimus in iis, quae ad maximum pertinent negotium, salutem videlicet nostram, & religionem. Post haec iustemus, si lubet, non equidem dicam animae magnitudinem, sed sapientiam, ac spiritus soliditatem. *Idem.*

Humanus respectus odiosa est ignavia.

Humanus respectus secum gerit ignaviae, immo etiam odiosae ignaviae characterem. Dei sum propter omnes titulos, qui maxime legitimi habentur, & tamquam homo manu ejus formatus, dominus illius auctus, sanguine ejus redemptus, gloriae ipsius haeres, & tamquam christianus ipsi in violabili nodo victus, ejusque cultui solemnem professionem addidit; sed quoniam sanctam animam auctam, & causam illius protegam, eam desero, & prodo. Ignavam veniam indignam! nec ferendam

in mercenariis animabus, quas condito, & necessitas principum virorum faciunt mancipia. Quod vero nos majori sustulere debet reverentia, zelus est, quem offendant, & quem insignite student, cum de mortalibus agitur dominis, a quibus humanam mercedem, & fortunam perituram expectant. Ignavam toties anathemate in evangelio percussam, & in Dei iudicio palam exprobrandam, tunc enim Dei filium pudebit eorum, quos illius puduerit, negabit eos, a quibus fuerit negatus, eosque ignorabit, a quibus ignoratus fuerit. Qui eruberit me, erubescam & ego illum. Luc. 19. *Idem.*

In ipso etiam mortis articulo nonne videmus homines hac humani respectus tentatione oppugnatos eidem cedere, eumque casari contra ea omnia quae tunc illis religio praeribit? Homines iam jam ex viventium numero exturbandos, ac Dei iudicium subituros, adhuc mundi servos: homines, ut loquitur Scriptura, inferni periculis oblectos, & adhuc mundi iudicis occupatos; negligentem, re-nucentes etiam extrema subsidia, quae illis offert ecclesia, quia nolant credi se extremo labore morbo, quia putant se nondum esse in desperatis; atque ita resistentis novissimis Spiritus sancti gratiis, quia a mundo discedentes se ipsos superare nequeunt, ut mundum contemnant, & illius obliviscantur. Nonne vili sunt (quis crederet?) qui cum sine fide, & sine lege vixerint, adeo insipientia operi coronam imponerent? velle in impotentia animam esse, ne imbecilles viderentur, atque ut ad extremum usque commentitium spiritus vim praeferrent, quam fluite, & falso etiam fortasse iactaverant, in horribili aternitatis conspectu agitati motibus conscientiae omni scelerum genere inquinata, non posse ex animo nequam illam cogitationem expellere, quem de me conceptum mortales habebunt, si me timor mortis mutaverit? cogitare, quid de se cogitent homines flagitiosi, olim familiares sui, & sua licentiae confortes: & ne assilationis iactura fiat, aures obstruere saluberrimis ministrorum Jesu Christi monitis obstantium etiam atque etiam, ne de divina misericordia desperent? Nonne multi, inquam vili sunt hoc modo mori? Quorum si rara sunt exempla, num ideo minus funesta sunt? *Idem.*

Pudet proferri se esse Christianos.

Felix illud tempus, quo pudebat non amplecti fidem! Capitolium deservit, delubra fidei coremonis, & ornatus, idola pulvere oblata, & seminata, Roma tota in id unum intenta, ut crux referat triumphum, spectaculum erat, quod animas minus religiosas sub veri Dei vexilla traheret. Pudor erat se Christianum non profiteri, cum illi, qui crudelius persecuti fuerant christianos, gloria sibi videbantur in JESU CHRISTI castra concedere. Postumus ne dicere, ut injuriam faciamus cultui, quem religioni nostrae debemus, nobis optandus esse illos annos, quibus omnia, ipse etiam respectus humanus aliquid consererebat, ut fides magis, magisque floret? Quamam mutatio hoc, quo vivimus, saeculo! Propter humanum respectum metuimus, ne christiani videamur. Vanitas hodierna die ab altibus ardet filios eorum, quos ipsa illuc adduxerat. Cave, dicebatur olim infideli, ne te publicis obiectis irrisionibus oblinat animo in tuis erroribus permanens: ut tuas consulas existimationi, saltem speciem cultoris JESU CHRISTI induas. Quid hodie christiano dicitur? Quid? audebis ne prodire externam referens speciem hominis, qui sequitur evangelium? Tempori interviendum est, neque praeter te terre debes modestiam, quae fidem tuam decet. Comparatio, quae efficere debet, ut praeter horrore infrendamus. Ad mundi censores evitandam idololatricae abrenuntiationem est, in ecclesiae castra transitum est, & christianae religionis cultus, moreisque suscepti; ut mundo placeatur, omnis ferme christianae religionis species abjicitur. Numquid nobis credenda non sunt eadem veritates, quae majores nostros sanctificaverunt, & decoraverunt? Numquid tibi principia, & praecipua mutata sunt? Quo abiit sanctitas, si eodacti sumus, ut optandum sit, quod respectus humanus nobis opem afferat, ut illam acquiramus, & de illa gloriemur? Vera virtus mundanum respectum irridet, & utinam saltem mundanum respectum efficeret, ut veram virtutem asstimeremus! Quod nobis pudoris, dolorisque argumentum? Liber cui titulus: Animadversiones in varia religionis, ethicaeque argumenta.

Chri-

Christianus, qui humano ducitur respectu, sese non audeat aperire; caver, ne character suus enitescat. O insanam, ignavamque vanitatem, quae gloriam magis ipsam, necessariam, & essentialem reformidat! Quam indignum homine christiano est, se christianum non esse gloriari! Non credis christianum tibi honorem adferre, tu ipse dedecore afficis christianismum. Cum tuis hinc simulationibus, cautionibusque quid es? Cuius es? Quae tua mens; quae spes? Ne te pudeat christianum esse; non es enim: Parum est, ut non inde erubescas, nisi etiam glorieris, S. Augustinus Plal. 44. inquit. *Idem.*

In Christianismo nihil est, cuius pudere non debeat.

Aliquid ne in christianismo est, cuius fidelem pudere debeat? Quomodo possit ille rubore suffunditur ob ipsum christianismum? Crux haec, scandalum Judaeorum, & stultitia gentium in fronte illius est impressa; si timet, ne videatur, qualis est, crux sola pudori illius praetextum potest tribuere; attramen eam sibi honore esse putat, eamque sibi gloriae vertit. Quid igitur invenit in religione, quod gloriosum non sit, si insanis patibuli lineamenta eidem sunt adeo gloriola? Quid? Numquid exempla Dei? Hoc esse abnegare fidem. Numquid virtutes exerceat? idololatras ipsi, eas reverentur, ex quo illas cognoscunt. Mandata, quae sibi irrogata fuerunt? Num de Legislatoris sui sapientia, & sanctitate discederet, an de illius auctoritate dubitaret? Quandoquidem honori sibi verit signa crucis notatum esse, difficile est intelligere, cur quibusdam in occasionibus meruit, ne fidelis videatur, & nihilominus metuit, ne talis videatur inter fideles. Ethae ille christianus? an illi christiani sunt, quibus ne displiceat, timet? *Idem.*

Vanitas humanam parit respectum.

Vanitas efficit, ut per humanum respectum agamus. Hominibus placere volumus; nosmet ideo eorum conformantes speramus, nos isdem consecuturos, si illas fuerimus imitati. Saltem nos taderet eorum subire censuras, ac nosmet ab eorum irrisionibus tueri. Vanitas haec, quae nos facit vilia alieni iudicii mancipia, in nobis ipsum honoris amorem suffocat, quem passim iactitare consuevit. Libenter contemptum ulciscimur contemptu; viles animae huic ultionis generi maxime obnoxii sunt; ne videamur illi inferiores, qui nos illud, illum deprimere admittunt; & hic magis crassa superbia effectus est. Absint huiusmodi considerationes, ubi vel malum evitandum est, vel bonum exerceendum. Sed cur fidelitas, quam debemus Deo, non suadebit nobis, ut contemnamus non equidem dico personas, quae actiones nostras censura notare volunt, sed ipsarum censuram, atque contemptum? Vanitas nostra, quae adeo delicata est, ut injusta satyris mortis esse non valeat, quomodo ita stupida est, cum eos facile contemnere possit? *Idem liber cui titulus: Animadversiones in quaedam religionis, ethicaeque argumenta.*

Tota christianismi perfectio ad id redigi potest, ne pudeat ferre Deo.

Nunc vim, omnemque sensum intelligo huius verbi Tertulliani, per excessum confidentiae dicentis, se salutis suae certum fore, si certus esse posset futurum, ut nunquam Dei sui ipsum pudeat. *Salvus sum, si non confusor de Domino meo.* Stratim videtur ille ad parvum aliquid salutem redigere; videtur enim nihil esse facilius, quam non pudere Dei sui. Numquid ad id magna perfectio requiritur; hoc ne omnis christiani redit religio? Ita est, Tertullianus respondet: *Salvus sum, si non confusor de Domino meo.* Hoc unum me protegit adversus vehementissimas mundi tentationes; hoc enim unum me videtorem constituit mundi, & eorum omnium, quae in mundo mihi sunt periculosissima. Si enim me Dei mei non pudeat, non pudeat me tot officiorum, quae mundo quidem abjecta videntur, sed quae secundum legem Dei salutem sunt necessaria, non pudeat injuriam eo usque pati, ut pro malo bonum retribuere: immo neque pudeat officio praevertere inimicum, qui me affectu contumelia: *Salvus sum, si non confusor de Domino meo.* Nisi me Dei pudeat, neque pudeat me, eum colere, equae preces effundere; non pudeat me pro ipso pati, & contemni; non pudeat me poenitentiae, & eorum omnium, quae hac exigie a me, ut me ad illum convertam. *Idem.*

Humanus respectus hodie tyranus est, quoniam magis religio magis videtur nocere.

Creantis hinc persecutionibus, quas Ethnici olim contra fideles excitantur, successerunt aliae magis metuenda, quia sunt humanae, & magis aptae ad interitum animabus inferendum, quia minus ab illis nosmet praeservare cogitamus. Audeo dicere, idque mihi persuasum est, verbum,

quod profertis, obtutum, quem circumfertis, contemptum, quem testamini, exemplum, quod praebet, majorem habere vim in alienis cordibus, & nostris hinc diebus plures christianos corrumperet, quam quidquid tyranni ad christianam religionem exterminandam excogitaverunt. Tyrannis resistebatur; & martyrum sanguis mirabili fecunditate novos semper gignebat fideles. At resistitur humano respectui, cuius vos estis causa? & hac persecutio, proferaturque, nonne peccati imperium constituit, & licentiae regnum tueretur? *Idem.*

Cum humanus respectus efficit, ut nostris fungamur officiis, quavis per se neque sanctus sit, neque laudabilis, non tamen semper inutilis est; est enim imbecillitatis nostrae columna. Cum nos ad Deum colendum impellit, quamvis in humano respectu, illum absolute, nec quovis in sensu debemus abjicere, sed rectificare, emundare, perficere. A creatura ad Creatorem debemus ascendere, & ex comparatione eorum, quae propter hominem esse nos faciunt, excitandi sumus ad Deum, Deique regnum unice conquirendum. *Idem.*

Numquam fortasse satis intellexistis mala, quae humanum parit respectus; fortasse nunquam illius extensionem, & quid inde consequatur, cognovistis. Humanus respectus in humano corde evertit essentialia totius religionis fundamentum, videlicet amorem praerlationis, quam debemus Deo, quoniam timemus magis ne hominibus, quam ne Deo displiceamus. Hic idem respectus humanus efficit, ut homo decidat in apostasiam, fortasse magis damnabilem ea, in quam primorum saeculorum decedebat Apostata, contra quae ecclesia tanto zelo disciplinae suae severitatem exercebat; ad hanc tentatio est, quae in homine retardat effectus gratiae Dei; ac tandem humanus respectus efficit fatale obstaculum conversioni hominis. *Idem.*

S. Augustinus in confessionibus fatetur, se in adolescentia ex eorum fuisse numero, qui gloriantur de illis etiam criminibus, quae non patrarunt, quasi turpe esset non esse aequae, vel magis, quam alios, impudentem: ita ille peripice factum describit, ut propria ejusdem verba mihi afferenda esse censuerim. Verbarum tunc, Sanctus ait, in profunda rerum omnium ignorantia, & in praecipua tanta cecitate rubeam, ut inter sodales, coetivorum meos, qui palam de suis flagitiis, effusisque libidinibus gloriabantur, & eo gloriabantur magis; quo ille nequiores erant, atque turpiores: pudebat me non esse aequae impudentem, & in vitium toto pectore ferebat, non solum ut peccatum committens aliquam perciperem voluptatem, sed etiam ut commissi laudem consequeretur. Quid in mundo vituperatione dignum est praeter vitium? Attamen lanella perturbatione fiebat, ut metuens ne vituperarer, in vitium ruere; cumque nihil fecerim par perditissimum sodalium flagitiis, illud fecisse mentiebar, ne eo majori contemptu dignus viderer, quo magis innocens essem. *Pudebat non esse impudentem.* Hi, Domine, illi erant, cum quibus ingrediebam in lata via Babylonis mundi huius. *Excerptum ex confessionibus S. Augustini.*

Non desunt mortales, quibus nihil negotium facessit, nisi quod palam ipsis profitendum est, se Deo servire. Quid homines dicent, id si fecero? Sed quid dicit Deus, nisi illi post tot afflatus feceritis? Quid dixit de aliis? Vestri ne ratio quidem habebitur; & licet de vobis aliquid diceretur, numquid nihil ne de illis dicitur, qui permanent in vanitate? Sed quid ad me, quodcumque dicit mundus? Numquid mundus me iudicaturus est? Mundus hic, bone Deus, me ex tuis manibus eripiet? Si abiit, si transit, quam mihi habere potest gratiam ob rationem, quam ejusdem habuero! O Deus! dicat quidquid libitum fuerit; ille indignus est, qui tibi serviat, qui timet, ne servus tuus habeatur: inimici tui sese palam tales ostendant, amici vero ignavi erunt, ac timidi? Sciat ergo mundus, me nimis diu illi famulatum fuisse; opus est, ut incipiam de Deo cogitare, cui ut serviam, creatus sum. *P. de la Colombiere in meditationibus de passione.*

Quam felix est anima, quae Deum unice timet, & uni illi placere contendit! Putas ne animum hoc in statu positae negotium facessere, quid mundus dicere possit, & aliquo eam in discrimine habere censuras illius, improbosque sermones? Vanescatque, quid tunc possunt iudicia vestra, & irrisio-

Aliquando respectus humanus non est inanis.

Mala generantur quae humanum parit respectum.

Multi ob crimina gloriatur, & erubescunt, quod non aequae nefarii sunt, ac alii.

Quidam sunt, quos ne toti Dei sint, nisi nihil hominum sermo proferat.

Animae, quae Deo servit, sermones contemnit.



nes contra animam, quam Deus protegit, atque tuetur? Hec similis est Noe, qui in Arca concluditur non afficitur maledictis, quibus terra habitatores eum potest, & qui negligit sermones mundanorum, quibus ne animum advertat, Dei sui amor non finit. Similis est Jacob, qui ad caelum usque in mystica visione sublatus totus Deo suo vacat, & quid in terris accidat, ignorat. Similis est Moysi, qui in montis vertice solus cum Domino loquitur, & contemnit injurias, atque calumnias, quae contra se in agris proferuntur. P. Massillon sermone de humano respectu.

Dei approbationem habentes hominum sermones debemus contemnere.

Nos mortales contemnant, & in nos evomant quidquid ipsis placuerit, dummodo pro nobis Deus, Angelique loquantur, contenti esse debeamus. Numquid nosmet captivemus oportet cogitationi, ac libidini creaturarum, quibus nihil solidum inest, & quae in singulas horas mutantur? Ne adeo ignavi simus, ut tantum dedecus perferamus. Adeo difficile est acquiescere, cum pro te Dei sit iudicium, & a Deo actiones tuae probentur, licet a reliqua mundi parte corripantur? Nonne melior est Deus, quam mille mundi? Illum igitur amemus, episcopus amor in cordibus nostris rebus omnibus praeratur. *Auctor Anonymus.*

Humano respectu maximum paenitentiae impedimentum.

Confusio, quae poenitentiam comitatur, quam plurimos absterret, prohibetque, ne illos poeniteat. Quid de me dicent, si adeo repente vitae rationem immutavero; si postquam tantum luxum, atque mortem festivitatem praegregero, utero, in vestimentis, totoque vitae cursu castigato visus fuero? Si postquam in mundi huius luce vixero, in sylvestrem me recepero solitudinem; si postquam sodalitates tanto studio conquivero, eas me fugere intellexerint, quid de me homines dicent? *Fromentieri sermone de S. Magdalena.*

Adeo bene contempsisse nostris, quid de vobis dicere possent homines quibusdam in occasionibus, ubi voluptatem vestram conquirituri, salutem, honestatem vestram obsecratis; neque hoc ipsum contemnetis, cum de anime vestre salute, deque aeternae gloriae acquisitione ageretur? Si hoc bonum feceritis, si mores vestros reformaveritis, si virtutes partes palam secuti fueritis, loquetur mundus, eum loqui sinite. Tandem enim quid est mundus? Cacus est, insipientis, apertus Jesu Christi inimicus. Quid autem? Salvatoris discipulus apertus huius inimico obsequatur? Vin decem sequi caecum, & insipientem, tu qui adeo sapientem, ac perspicacem te esse gloriaris? *P. Nepres in Considerationibus suis.*

Vitium hoc inter homines est commune.

Si vitium hoc in sanctissimis etiam animabus metuendum est, mirum esse non debet, si in hominibus adeo familiare sit. Quot videmus, qui nequam non sunt, & esse simulant, ne singulares esse videantur? Bona essent, si esse possent, quin sodalium suorum odio, & irrisioni se obicerent; sed prodant, opus est, ingenium suum, & vim inferant studio illi, quo in virtutem feruntur, ut simulent vitium, utque fallacem accipientur gloriam audacter in nefas omne ruendi. Nonne hoc illud est, quod impellit homines, ut de illis etiam peccatis gloriarentur, quae ipsi non commiserunt? Nihil magis aptum ad lacrymas eliciendas videtur illis verbis, quibus S. Augustinus hoc malum dedit, in quod in ipsa lapsus fuerat adolescentia. Audiebant, inquit, alios, qui de sceleribus suis gloriabantur, & qui eo magis gloriabantur, quo fuerant impudentiores: tunc cupiebam, non quidem peccata committere, sed laudari, quod ea commisissent. *P. Bourdaloue.*

Quam vim in mentibus nostris hominum habeat iudicia.

Pauca sunt, quae majorem in mentibus nostris impressionem efficiant, iudicia, quae seu in bonum, seu in malum de nobis homines ferunt; & mirum est, quam partem in actionibus nostris obtineant aliorum hominum cogitationes. Eorum suspiciones, dissidentia nos angunt, exacerbant, sollicitant; eorum approbatio, necessitudo, amor allicit, roborant, atollunt, afficiunt letitia &c. *In Speciminibus ethicis.*

Magdalena in humano respectu superando fortitudo.

Magdalena mundo suam sacrificaverat existimationem, modo hanc eandem JESU CHRISTO sacrificat. In aula convivii, ac media caena novum hunc inquiri Prophetam, quem pluribus in locis videre poterat. Personam huius aetatis, sexus, generis audacter in eum ingredi cœtum, ubi invitata non fuerat, neque rogata, repente prodire in conspectum tot convivarum, qui illam sequioris notae mulierem esse noverant, nonne hoc est exi-

stimationem suam prodigere? Sed amor animae, quam inflammat, rationes has habere non finit: cor ubi invenitur, ab hominibus probari non vult eo in loco, quo se ipsum accusatur accedit. Illi mundi conspectus negotium non facessit: sancte impudens convivalem ingreditur aulam; videt Jerusalem mortales omnes de se loqui, sumque factum in remotissimis etiam urbis recessibus improbari. Phariseus conatur in suspitionem vocare conversionem illius apud Dominum, ad cujus pedes provolvitur; sed eodem tempore, quo alii de ipsa obloquuntur, ipsa criminum suorum poenitentia tantummodo conficitur; unice JESU CHRISTI amore occupatur, neque de mundo cogitat, nisi ut illum negligat, & aspernetur. Nequicquam factum hoc frequenter in mortalium cœtu perfringitur; nequicquam hoc conversionis initium redarguit; nihil illam a proposito dimovebit. Ex quo novit illa mundi placita contemnere, illius quoque iudicia, censurasque aspernata est: ex quo illum odisse didicit, eum non timet amplius; censuram illius non expavecit: ibi toties in honore virtutum haberi perspexit, ut virtutem illic decore affectam videns non admiretur. *P. Massillon in Panegyric. S. Mariae Magdalena.*

S. Augustinus, qui funditus videtur perspexisse cor humanum, omnesque virtutum characteres distinxisse, ait, hoc esse quamdam publicam, vel factam secretam a filio Dei defectiois speciem; tactam erubescientiam, quod in partes illius concessum fuerit, oppositionem vitae actionibus, & legibus ejus; noxiam pudorem, quod illum secutus fueris, & pertinax illius non amplius sequendi consilium; perinde ac persona, sermones, passionis ejus totidem nefaria exempla fuissent. *Ex sermonibus moralibus.*

Utinam ignavae animae, quas Deo zelotem suppedit, intellexissent, Deum hunc adeo zelotem esse gloriae divites, ut generale a se habendum iudicium decreverit; ut impii contemptam hanc virtutem reparare tenerentur. Nunc in opprobrio estis, & in contemptu animae vestrae; sed aliquando vicissim impios contemnetis, & irridebitis. Reparatio, quam illi praestabunt, vobis erit publica; heret enim in generali mortalium omnium conventu; & erit sincera, ad quam mundi iudices reos adigere nequeant. Scitote igitur, iudicii die nos visuros homines nequam, & apertos inimicos virtutis, qui oderunt, quidquid in religione sacrum, sanctumque est, virtutis honorem relatare, & illatam a se injuriam reparare. *Nos insensati vitam illorum estimabamus injuriam.* Sap. 5. Onos caecos, ac dementes! pietatem, ac devotionem in ludibrium vertebamus; & ecce Sancti gloriae possessione fruuntur, nos vero aeterna manet ignominia. Reprobi tunc probantur, quod olim damnaverunt, idque sincere, & ex animo: *Paenitentiam agentes, & praevangustia spiritus gementes.* Hoc nonne satis est ad confirmandas, & roborandas animas, quas inanis hominum timor oppugnat? *P. Texter sermone de extremo iudicio.*

Non solum est proditor veritatis, qui veritati renunciat, S. Chrysi. inquit, sed etiam qui non profiteatur veritatem. Non solum veritatem prodit, qui illi adrenunciat, eamque palam negat; verum etiam ille, qui quibusdam temporibus, & occasionibus eam non profetur. Exempli gratia, impius in cœtu licentiam sibi vindicat de religione obloquendi, & alii inde occasione arripunt pervertendi; tunc teneor ne loqui, eumque redarguere? Quia praecipit Deus, & quia, si desum occasio, committo scandalum, quod mihi conscientia mea in aeternum exprobrabit. *P. Bourdaloue, sermone de scandalo.*

Servo unius tantum vulgo dominus est, cui famuletur; sed qui humanum sumit respectum pro vitae norma, tot servit dominis, quot habet spectatores: cum enim hominibus placere velit, eorum censuram, & probra reformidat. Servus est cupiditatum eorum, sibi crecem figit, ut eorum temperamentum obsequeretur, ut eorum ingenium exploret, ne quid agat, quod eos laedat, eorumque sibi odium conciliet: *Quae contentio, quae geberna, ubi tansepere laboratur, ut peccetur?* Ait quidam pater ecclesiae. Heu! quam multiplices caenas! quam repetita vincula! Bone Deus! num tantopeper nosmet ipsos torquere debemus, ut hominibus placeamus, etisquae placentes cum adeo modico fructu peccemus? *Idem.*

Scio equidem, non deesse improbitatem in corde eorum, qui alios irridant, ac censoria nota per-

illi, quos pudet, virtutem exercere, in generali iudicio confutentur.

ignavia in religione sua profutenda.

servus eorum qui propter humanum respectum operantur.

si in bono constantes

mandes nos iudicabit, sed admittit hunc.

respectus humanus nunc hoc modo operari nos facit.

misericordia & servituti illius, qui humanum respectum sequitur.

Indignitas eorum, qui hominum opinione se duci sinunt.

Dei iudicium hominum praecedendum.

fringunt, sed hi magis magisque irritantur, quod in corde eorum, de quibus loquuntur, nihil nisi inconstantiam vident, ac in pietate levitatem. Hodie pauperes invitant, cras ad theatra conveniunt; nihil in vita eorum constans est. Sed da mihi hominem vere christianum, matronam virtutibus, meritisque praestantem, quam nulla res a bonorum operum exercitatione, ac Dei servitute valeat dimovere; da mihi mortales huiusmodi; non solum laudabuntur propter bonum, quod fecerunt, verum etiam propter modum, quo fecerunt illud; & si verum est, bonam existimationem constantia comparari, illa sane levitate destruitur. *Idem.*

Sæpe humanus respectus ad illa nos adigit, quae Dei lege prohibentur, & naturali aequitati adversantur. Ita proflus oppositis sensibus agitatur; hoc modo iudicamus, alio operamur; intus damnamus ea, quae facimus, & nihilominus eodem modo agere perseveramus. Denique experimur, quamvis alia in re, id quod S. Paulus exproberetur, cum dicebat ad Rom. 7. *Non quod volo bonum hoc ago, sed quod volo malum hoc facio.* Inde amarissimi conscientiae aculei, cum videmus salutem sacrificari criminosae obsequentiæ, quae nos perdit; inde maxime necessaria negliguntur officia, ne in illis desiciamus, quae a nobis iniuste mundus exigit; inde odium Dei nobis constat, ut facilem nobis tueamur accessum apud hominem, quem secreto perhorrescimus aliquando, cum extrinsecus obsequimur illi; inde tandem molli indulgentia nosmet aeternae obsequium damnationi. *P. Grouss, tomo 2. Adventus, sermone huius argumenti.*

Intelligite tranquillitatem, & felicitatem Christiani ab omni servitute expediti; qui nobili spectata mundum contemnit coram illis, qui suam, & sæpe etiam alienarum cupiditatum servi, & mundi opinionis mancipia semper vivunt solliciti, & maxore confecti, nihil facere, nihil aggredi auti, quin aliorum oculos consulant. Heu! ignava, ac turpis obsequentiæ, itane in hominis mente cadere potest? Iudex non audeat, quod iustum est, decernere; veretur enim, ne iudicium suum moreretur, & incommodum afferat illi, quem amat: Nobilis illa mulier familiarum suam bene institueret non audeat, ne devota habeatur; adolescens ille conscientiam stimulis agitur vult, & vellet bonum, sed mundi timor illum deterruit; metuit amicos, inimicos, famulos, & domesticos ipsos reformidat. Turpitudine indigna libertate humana, & christiana longe adhuc indignior! Morum sanctitate, sanctaque audacia praevobis eam ferte auctoritatem, quam speciosum hoc christianum nomen vobis tribuit; & mementote, oculum Dei vobis magis esse metuendum, quam oculum hominum. *P. de la Rue tom. 2. de humano respectu.*

Numquid tres, quatuorve homines protervi, qui tibi plaudent, majorem habeant vim, quam conscientia tua testimonium? Numquid servire debes turmori, quem peccatores circa te edunt? Numquid cavendum, ne mundum duplices, cum interim se a te estimari nihil pendat mundus, immo de te obloquatur? Quin per evangelium attrahas ad Deum perverfos hos, & seductores, eorum exemplo in omne nefas pertrahi sinis: si conscientia tua testimonium, & iudicium non metuis, Dei ergo iudicium, atque testimonium time. Sed uter, quæso, imperare debet, te ne a mundanis? Mundanus recipere ne debet legem a te, qui Christianus es, an tu, qui es Christianus, a mundo? Cujus est legem inferre? *Idem.*

Hæsit ne S. Paulus hinc quidem Dei, inde vero hominum iudicium prospiciens? Utrum elegit? Munde, quid interest mea, a te, vel a legibus tuis iudicari? *Mibi pro minimo est, ut a vobis iudicer, aut ab humano die.* Dominus me iudicare debet, huius unius ratio mihi est habenda, reliqua non moror: *Qui iudicat me, Dominus est.* Ita S. Paulus mundi iudicium contemnebat; at vos nonne ita Dei iudicium contemnitis? Quid interest mea, in oculis Dei demerentem haberi, dummodo in oculis mundi sapiens existimer? Quid interest mea, divinum contra me habere sapientiam, dum pro me stet mundana sapientia? Quid interest mea, rationes, quas mundi habeo, mihi officere coram Deo, dummodo mihi mundi non consent inimicitiam? Quid me interest, utrum ea, quae in eo consilia mundo placitura, displiceant Deo, dummodo in mundo melius res meae habeant? Adde, quid interest me reprobati, dummodo hanc consequar gloriam me simul cum mundo damnandi. *Idem.*

Hardy Bibl. Tom. IV.

Nihil facere vultis pro J. C. & nihilominus quid fecit hic mundi Salvator vobis perferens opprobrium, quod cum ministerio suo erat conjunctum? Videte illum in cruce: *Proposito sibi gaudium sustinuit crucem,* ad Hebr. 12. Videte, qua alacritate pro vobis moriatur, & perferat; & quo rationem habeat infamiae supplicii sui, & confusionis, qua inde sustinendus est, omnes amplectitur crucis poenas, & ignominias. Eheu! si Deum hunc pudiffert annihilationem, ad quas pro nostra utilitate illum amor suus impellebat; si illum crucis, paupertatis, miseris pudiffert; si pudiffert illum haberi tamquam blasphemum a iudeis, fatuum, sensuque caecum ab Herode, fontem a iudicibus, quædam esset spes nostra, & quæ via nostræ salutis? *Idem.*

Nonnumquam is interesse nobis accidit cæcibus, aut convivis, ubi pietas, pudor, charitas leditur protervis, immodestis, maledicisque sermonibus. Quid autem tunc christiano faciendum est? Putatis ne vos tacendo fatiscisse fidelitati, quam debetis Deo? Vestra vos fallit opinio, si hoc modo iudicatis. Suam prodit conscientiam, qui in huiusmodi occasionebus tæget. At enim timetis, ne vobis hominum conciliis inimicitias, vel eorum, qui ad sunt, irrisionibus excipiimini. Esto: sed hi vero Deum amatis, huiusmodi timores vobis sine obstruere? Si vobis inspectantibus pater, aut rex vester contumelia afficeretur, idne adeo tranquillo animo perfereretis? Proh infelix malletis illum peti Apollatas quotidie facis, qui turpiter causam Salvatoris producit, ne aliquam patiatur irrisionem? Non puduit amabilem hunc Salvatorem opprobriis & ignominias saturari, pro stulto haberi, ut vos ex aeterno eriperet interitus; vos autem amici infideles, & infirmi malletis recentibus illum peti contumeliis, quam periculum adire amittere acimitia hominis flagitiosi, vel subeundi notam hominis incommodi, & hypocrita? *Auctor Anonymus.*

Quot iudices, turpiter iustitiam prodentes, ne aliquam lædant potestatem pro mala causa accerrime laborantem, se nihilominus culpa vacare arbitrantur? Hac in re æque fontes; ac olim Pilatus; cum metus displicendi hominibus fecit, ut horribilem patretur injustitiam, quam mortales omnes detestantur. Quot patres familias, alique mortales, qui ex dignitatis officio, vel communi lege tenentur corrigere scelera, quæ suis oculis intuentur, eaque impune abire patiuntur? Saaviterent, prudentiam, sapientem pacis curam appellant iniquum agendi rationem, quæ efficit, ut proximi sui interitum minime sentiant. Turpis hæc, & mollis indulgentia; hic timor proprie loquendo nonne vera est humanus respectus? Quot mortales, quibus gratia primos conversionis sentus inspiravit, deterruerunt infano hoc mundi timore, neque illam perficiant ab occasionebus criminum recedentes, ne ab hominibus imbecilles, lesiveque habeantur? Praesertim fustem voluptatem hominibus non displicendi solido honori, veroque bono placendi Deo. Maluit vitio potius, quam virtute scandalum asserre, hinc invitii amplectentes; & quamvis sciant, Jesum Christum non puduisse, eo quod propter amorem nostrum visus est peccator, illos nihilominus pudet, & erubescunt videri, immo etiam fieri iustos propter amorem illius. *P. Champani sermone de cecitate spirituali.*

Astetici cuiusdam libri lectione commotus, inopinato casu perterritus, saluberrimis animadversionibus admonitus, conversionis meae consilium susceperam, ejusque systema mihi propuleram: sed quid prohibuit, ne illam opere completerem? Sodalis ille, amicus, inanis hic timor, humanus respectus: videlicet metus irritandi malum prociacis hominis ingenium, qui ferre non poterat, quod meum munus obiret: hoc me deterruit monstrum, insuperabile hoc obstaculum mihi terrorem incussit. Adeo ignavus fui. *P. Craiset tomo 2. Recessuum pro una die cuiuslibet mensis.*

Timor displicendi alicui flagitiosus efficit sæpe, ut magis generosa conversionis nostrae consilia in irritum abeat: hic vulgo scopulus est virtutis orientis (neque enim aliud est humanus respectus). Timor hic adeo christianum corde, & honesto vitio indignus praestantissimos pietatis sensus suffocavit, efficit, ut omnes amabiles virtutis qualitates evanescant; horribilem adstruit vitæ christianae ideam. Sed quodnam est mordacium irrisionum, improbarum animadversionum, aculeatorum satyricorumque disteriorum argumentum, quod mirum in modum mundanum cœtum oblectant temptibus bo-

Non puduit Dei filium opprobriatum, quæ pro nobis perferat, cui nos pudet servituti?

Andoster, & sine motu flagitiosorum sermones sunt concipiendi.

Peccata varia, quæ per humanum respectum committuntur.

Respectus humanus sæpe prohibet licitum seletu conventendi consilium.

K no



norum, & quæ hodie haberi possent tamquam novum perfectionis genus in christianismo? Scurriliter, sed sane ludunt: irident hominem, qui fidem habens terribilibus religionis nostræ veritatibus movetur, & vitæ suæ rationem secundum fidem instituit: irident eum, qui ea serio cogitans mala, quæ secum æterna calamitas pertrahit, quam diligentissime cavet, ut certam sibi beatam sortem efficiat, & nihil tam reformidat, quam anime suæ salutem in discrimen adducere: irident adolescentem, qui ea in re, ubi de rerum omnium vel jactura, vel quaestu agit, meliorem causam suscipiat: hoc est, irident eum, quod adeo immature bonum habeat sensum, & in adeo tenera ætate adeo sit sapiens. Irrident denique hominem parum frugi, quem immoderatus luxur, quem mollis, ac flagitiola vita, quem alea immodica, sexcentarum cupiditates alix totius urbis fabulam fecerant, reformare mores suos, vitam secundum evangelicas leges moderari, sua obire munera, & jamjam christianam ducere vitam. Mirum est, quod inter eos, qui eandem profitentur religionem, adeo iniqui censores inveniuntur. *Idem.*

Humanus respectus omnes fere impedit conversiones; velles adeo grave jugum excutere, sed metuis, ne hominibus displiceas, quorum plerisque vix nosti. Quid dicent, si mores meos reformo, si omnibus voluptuatis caribus non amplius intersum, si vitæ genus ingredior homine christiano magis dignum, si accedo ad sacramenta, si neque choreis, neque profanis spectaculis adsum? Hic ille infamis est scopolus, in quem omnia fere conversionis consilia allidunt: hoc illud est ridiculum terrorentium, quo tot bona consilia dissipantur; hoc populare phantasma est, quod eo usque terret, ut bonum sensum evertat. Quid dicent, & quid dicendum est? Qui cordati sunt, te laudabunt, quod sanum cepisti consilium. Parum interest, utrum flagitiosus hominibus placeas, quibus non placere magnus est honor. Quid dicent, si bonus sis? Et quid, nisi sis? Dicent de te, quod didum fuit, & quod ab aliis centies dici audivisti, quod omnes cogitant, & quod ipse tu cogitas. Dicent majores esse tuos sumptus, quam redditus; te tantum magnificentiam, & luxum adfutare, ut generis tui humilitas oblivione obruatur; hos oris, corporisque habitus superbos, ac indignabundos dedecere illum, cui adeo exiguum est meritum. Dicent te patrimonium tuum alea oblituisse, te nomini, & dignitati tuæ morum licentia labem offundere, atque tibimet ipsi insignem injuriam inferre adeo nefaria vitæ ratione. Dicent tandem mundi spiritum extinxisse in te spiritum religionis, vitam adeo parum christianam nonnisi funesto eventu extipi posse. Dicent te honestorum hominum misericordiam commovere, & te fortasse totius civitatis fabulam esse. *Idem in christiani considerationibus.*

Adolescens inepiarum pertæus nugarum, quorum inane sentit, supernaturalibus illustratus luminibus, gratia illeclus virtutis partes ingreditur? Quot censuræ, quot mortificationes ferendæ, quot amari calices hauriendi! Cupiditatum victoria ea non est, quæ se super majore fieri sumptu; virtus oriens nunquam melius probatur, quam cum acerbissime irrationes sustinendæ sunt, & quod gravius est, cum a bonis ipsis indifferet exprobrationes sunt ferendæ. Si ex omnibus partibus, in quas concedere possumus, causa virtutis esset deterrima, plures ne illic invenirentur obices, & contradictiones? Paucis exceptis, qui tuum laudant consilium, & clam tux plaudunt electioni, quot injusti censores, quot improbi critici in lavam partem optime facta detorqueant, & volunt inter cæteros emicandi cupiditatem, levitatem, fastidium semper causam esse reformationis? *Pater Croiset in spiritualibus considerationibus.*

Impensius cogitantes, quid de nobis cogitet mundus, vel cogitabit; periculum est, ne habitum contrahamus ea solum respiciendi, quæ ab hominibus dicuntur, & judicantur, dum unum Deum respicere deberemus. In hunc defectum eo fertur animi studio, quod vix intelligi potest, eaque mentis imbecillitate, quæ temper efficit, ut ambulemus coram illis, qui nos circumstant, & nobiscum vivunt; ita ut id inveniuntur agamus per vividam impressionem, quam efficit in nobis quantitas, aut qualitas eorum, a quibus spectamur. Hæc autem cogitatio tantam habet vim, ut quin animum advertamus, judicium, & sensus eorum, qui circa nos sunt, eorum instituta, ac mores torrentis instat nos tra-

Respectus humanus prohibet ne vitam mutemus & convertamur.

Qui virtutem amplectitur mundanorum censuram, & irrationem expectare debet.

Sensum affluens per humanum respectum operari.

hant, atque tunc omnium actionum nostrarum principium & causa est humanus respectus. *P. Surin* *somo 1. spiritualium dialogorum cap. 8.*

Duplici ratione humanum abicere licet respectum. Prima ratio est quædam negligentia, quæ in aliquibus deprehenditur, qui nulla re moventur. Quidquid de illis dicitur, non stupent, aliorum sensibus non afficiuntur. Hoc accidit potius ex naturali quadam dispositione, & indole particulari, quam ex virtute; ideoque hoc non admodum laudabile est. Sed altera humani respectus superandi ratio est propria animorum generolorum, qui amore Dei ita capti sunt, ut Deus illis sit omnia, reliqua omnia nihil; ideoque propter Deum, & desiderium Deo uni placendi operantur. Dicit, cogitet quodcumque voluerit mundus, hoc illis non facessit negotium. Illi vere felices sunt; expediti cura hominibus placendi, ac metu displicendi illis ea pace fruuntur, quæ perturbari non potest. *Idem.*

Non minimus nostræ conversioni obex hic est, quod non audeamus nosmet aperire, ac in penitentium numero recedere. Vellemus quidem aliquid pro Deo facere; at veremur, ne nobis mundus succenseat, gratiam trepidantes inquirimus, nostramque penitentiam tanta celamus cura, quanto scelus aliquod tegeamus. Demon nostro videns bono postquam omnem habitat verendum, ut peccatum committeremus, nostrum auget pudorem, prohibetur, ne penitentiam agamus. Si luxum hunc imminerem, dicitur, si modestius incederem, si aliquid boni faciens deprehenderem, si mundi sodalitates non frequenterem, quid diceretur de me, & mea vivendi ratio. Nonne mobilis, & inconstans videretur? Plures sunt, quos peccare non pudet, S. Augustinus inquit, & quos pudet agere penitentiam. Incomprehensibilis amentia, sanctus hic Pater exclamat: illos non pudet vulneris, & pudet remedi, quo vulnus ipsum curandum est. *Multi sunt, quos peccare non pudet, agere penitentiam pudet, o incredibilibus insania de vulnere non erubescit, de ligatura vulneris erubescit.* Specimen sermonum pro decima tertia post Pentecosten Dominica.

SUPPLEMENTUM.

CUM agit, ut ad virtutem convertamini, tunc importuna hæ vos noverat considerationes. Quid inquit? Quid de me cogitabit? Quæ de me fabula fiet? Tunc quodam est vestri terrorentium objectum? quos homines inveniunt? manum imprudentium, qui libidinem suam sequuntur, qui nesciunt quid sit probitas, & religio, qui mentiendo id affectu sunt, ut ea ipsa, quæ vera pronuntiant, habeantur pro falsis; homines, quibus vel genus suum, vel generis nobilitas inter honestos viros locum non tribuit; homines, qui parati sunt vestris sumptibus oblectari, & in jocum æque vitæ, ac virtutis, ipsamque religionem, & pietatem vestram traducere. Adversus hos imbecilles etis, ac timidi, eorumque censuram reformidatis. Vobis tamen, ut censuram illorum sustineatis, ac consolemini, deest conscientia, ratio, religio, Deus? sapientum omnium judicium Dei, iudicio contorme! Nonne hinc abunde suppetit, ut damnum, quod ex insipientium horum furore pertulistis, sarcatis? E contra cum infania vestra nitescere incipit, alique de vobis queruntur, nonne statim exclamatis. Quid mihi cum mundo? cur propius mea inspicit facta? quodnam jus sibi vindicet censoria nota meam vitæ rationem perfringendi? Tunc quibus irascitur? quoniam sunt isti mortales, qui laceantur? Et quorum iudicium te provocat ad iracundiam? Hi sunt non solum, quorum virtutem, rectum sensum, nominis celebritatem, auctoritatemque observare, ac vereri deberes, sed illi etiam, quorum nequitiam, & impudentiam agnoscis. Habes igitur adversum te sapientes simul, & insipientes, virtuosos præditos, & vitios notatos, bonum mundum, & malum, & Deum mundo longe majorem adversum generalis hujus censuræ tempestatem, & nihilominus in hæc omnia audacter insurgis: *Usque adeo in vitio magnanimi estis; S. Gregorius Nazianzenus ait.* Quid ergo? Mundum nihil facitis cum de explendis agitur cupiditatibus vestris; cur igitur adeo illis reformidatis, cum agitur de muneribus vestris obeundis? A bonorum sententia pendere non vultis, ut vitam vestram moderamini, & pendetis a libidine malorum hominum, qui omni

Quomodo humanum deponere possimus respectum.

Humanus respectus magnus est obex conversioni peccatoris.

Humanus respectus mobilis.

Humanus respectus non minus obex est a nobis superandus.

Ap. 17.

omni carent honore, & probitate? Quorum irrationes, & obtrusiones omni vi carent in vobis, ut mores immutetis, cum vitia vestra reprehendant; cum vero innocentiam, & sanctorum perfirunt, tunc magistri erunt vestri, & ab eorum ore, & iudicio pendebitis? Quomodo exculandi estis? *P. la Rue in adventu.*

Quid mundus inquit, si placitis illius adversatus fuero, si vitiis non instituo juxta eorum, qui eodem loco, eademque ætate sunt, consuetudinem? Numquid meum est alios singulari vitæ meæ ratione condemnare? Quomodo eorum irrationes feram? quomodo in medium prodeam? Igitur latendum erit. Ecce mendacem pudorem, quo modo pavidi, officisque nostris rebelles efficiuntur. Sed cum mundus, & vos ad Dei tribunal accesseritis eritis, quomodo tunc prodibitis? ubi latebitis? quomodo iudicis vestri proba perferetis? Vestrum non erat singulari vitæ vestre ratione damnare mundum, & peccatores: numquid erat vestrum Salvatorem ejusque legem licentia vestra corripere? Quid inquit mundus, dicitis: immo quid res ipsa mundus inquit? Quid afferet, ut se ipsum, ac vos quoque tueatur? Erit ne illi, unde vosmet protegat, & excuset? an de vobis exculandis ne cogitabit quidem? Tunc singuli pro se stabunt; singulari causa dicenda erit. Unusquisque de suo erit periculo sollicitus, securus de alieno. Tunc de me non cogitabit mundus; neque vicissim ego de reliquo mundo cogitabo. Oculi mei, ac mens in solum Dei iudicium intenti Dei maiestatem intuebuntur. Cur ergo inutilis iste mundus; ignarus, subdolos, ingratus, modo fit meæ sollicitudinis objectum, actionumque mearum canon? Ut tibi uni, Domine placeam, mihi adintendum est, quia uni tibi deo placere in æternum. *P. de la Rue in Adventu.*

Sæva sæculi tyrannus, quæ veros dissimulare sensus cogit, & sibi gloriæ vertere ipsam morum licentiam, ubi non est? Sed quo magis hac in re imbecillus fui, eo magis officium meum mihi ob-eundum esse cognosco. Quo majori scandalo fui, eo magis ad Deum reducere valeo, quos pertraxi in errores, in quibus verfabar; sciant saltem, quis sim, neque ex meis exemplis aliquam sibi auctoritatem vindicent. Si hoc novum in mundo est, me in moribus meis gravem & moderatum intueri, præteriti temporis, non autem presentis me pudet. Si rubore suffundor, non ideo suffundor, quod Christianus videor, sed quod antea vitis non fum. *P. Cheminai sermonem in diem Pentecostæ.*

Apostolicis temporibus non desere quidam Philosophi, qui cum Christianorum Concionatorum fervorem ferre non valerant; rationibus, & suasionibus ex humanæ sapientie penu depromptis vitam eorum contemptibilem, fædæque fabulosam efficerent conabantur; cumque hoc malum fere perennaverit, ac tanquam per manum traditum hereditario jure ad nostrum huc usque sæculum perseveraverit, videmus tanquam visionarios, ac sensu ferre carentes traduci eos, quos celestis sapientia propter JESU CHRISTI amorem stultos effecit, & dæmon quidam, cui nomen est humanus respectus, humanis rationibus Dei servos exagitat. Si a sodalitatibus recedere studeo, saluti meæ in silentio consulturus; quid inquit. Inquiet, me esse male ingenio, morosum, & hypocondriacum. Si frequentius ad sacram synaxim accessero, quid inquit? Hypocrita, & pietatis simulator vocabor; si modestis vestibus indutus incessero, ac caute locutus fuero, jam dicar mundi totius censor, & moderator. *P. Antonius de S. Martini a Porta, libro cui titulus, Les conduites de la Grace.*

Humanus respectus inimicus virtutis est maxime metuendus; plerumque enim prohibet, ne peccatores vitæ rationem immutent; & ne, qui conversi sunt in virtute perseverent, atque palam pro Deo se stare profiteantur. Quot enim boni, a Deo exciti sanctius vitæ genus aggregarentur, nisi timor iudiciorum, & sermonum vulgi eos deterret? Sed non moramur hic. Humanus respectus, qui vetat, ne bonum exerceamus, efficit quoque, ut nos pudeat a malo abstinere. Si alius similis non fuero, quid dicitur? Si vitis fuero ab illis recedere, quibuscumque arcta mihi necessitudo est, si frequentius ad sacramenta accessero, si diutius orationi vacavero, si religiosus in templo sacris interturo, quid dicitur de me? Hic scopolus est, *Handy Bibl. Tom. IV.*

in quem optima quæque consilia allidunt. *Christiane considerationes.*

Quid iniquius, quam ob humanos respectus agere? rubescimus ob ea, de quibus gloriamur nobis esse; non erubescimus vero ob ea criminaria, quæ maxime turpia sunt. Metuimus ne dicamur, quædam virtutis viam sequi; maximo salutis nostræ negotio vacare: nihil contra conscientiam aggredi posse; non metuimus autem, haberi tamquam flagitiosos, & impii, sine fide, sine pietate, & sine religione. Metuimus sermones improborum quorundam, vel eorum, quibus communis est virtus, qui sæpe intra se nos probant, dum extrinsecus nobis irident, & ita agunt, quia vitæ nostræ ratio jugis exprobratio est, qua illos sua repargunt conscientia eo quod exemplum nostrum non imitantur; & non metuimus ea, quæ tot sapientes viri dicunt, qui palam flagitia nostra condemnant. Timemus irrisivum a nobis ferendam pro virtute nos stare profitentibus, nec timemus æternum opprobrium, quod in omnem æternitatem perlaturus sumus, si humanos respectus nobis dominari passim fuerimus. Cum autem hominum iudicia tantopere reformidamus, quanto magis Dei iudicia erunt formidanda? Quid enim ultionum suarum die distans est Deus: *Qui me eruberis, & meos sermones: hunc filius hominis erubescit, cum venerit in maiestate sua.* Quicumque noluerit me palam magistrum ac Dominum confiteri, ego enim palam in Discipulorum meorum numero non esse profitebor. *Ibidem.*

Quid mundus inquit? Te Christianum esse dicit, & ut Christianum decet te gerere. Dicit te Deo obtemperare, & fidelitas tua ipsum adificabit: vel si minus ita cogitaverit, vel locutus fuerit, illius iudicia, sermonemque contemnes, & recordaberis, te Dei quidem imperiis, non autem mundi placitis esse componendum. At enim hominam existimabor, neque nominis gloria interibit: potissima tui nominis gloria hæc est, ut propter Deum humanam quancumque gloriam contemnas, veraque virtutis actus maxime heroicus est simul de semet ipso, & de profano sæculo triumphare. *P. Bourdaloue in Dominicis.*

Quid diceretur de milite, qui ad mortem in spectaculo, in quo prælii imago exhibenda est, tormenta bellica nequaquam igneis glandibus onusta esse, tamen caput compitque inclinaret, & ad primum pulveris pyri fragorem fugam capere? Non ne hoc ipsi quotidie facimus? Monemur hominum iudicia, & sermones nobis officere non posse, non secus ac nequeunt prodire; nullum bonorum nostrorum posse nobis auferre, neque ulli malo afferre solatium; & nihilominus hi sermones, & hæc iudicia causa sunt, ut aliquid bonum opus deferamus, vel malum amplectamur consilium &c. *Ex Tractatu de hominis infirmitate.*

Si decoris, officii, & æquitatis rationes minime sufficiunt, ut nosmet pro JESU CHRISTO stare palam profiteamur, possumus ne non afflicti promissionibus, quas is exhibet, qui illum se ipsum palam coram hominibus fuerint professi? Quenam hominis felicitas erit, cum ipsi prodeundum erit ante terribilem divinam maiestatis thronum, coram infinita Beatorum Spirituum copia, invenire Patronum validissimum, qui ejus causam peroret, qui propitium illi iudicium procurat, qui gloria sibi vertat laudes illius enuntiare, eumque in amorem suum albo recensere? Non ne hoc illud est, quod se facturum esse spondidit JESUS CHRISTUS in eorum gratiam, qui in terris nomine illius insigniri non eruberint? Quæ contra miserit erit desperatio, quos JESUS CHRISTUS terribili die illa se necesse profitebitur? A Salvatore ignorari quid aliud est, quam sine ulla misericordia derelinqui iustitiam divinæ severitati? Illa ipsa sententia, qua peccator æternis ignibus adjudicabitur, non erit fulminis hinc verbi gravior. Nescio vos; quinam sitis, ignoro. Ex hac animadversione adeo salutari proficite. Unquam ne in delicatis hujusmodi occasionibus versamini, ubi humanus respectus insuperabilis vobis obex ad munia vestra rite obeunda videtur? Cogitate ex ea electione, quam estis facturi, pendere, utrum in novissimo die benigno, an irato vultu sitis excipiendi. *P. Segneri in Meditatis.*

Nihil homini christiano magis officit, quam veteri contemptum, in quo apud mundi sectatores

si adeo timemus humanam iudicia quoniam magis di-vina sunt timenda.

Luc. 9.

Inanis humani respectus excusatio.

Stultitia eorum, qui humanis respectibus ferriant.

Jesus Christus excusatio iudicii die se pro illis stare profitebitur, qui se pro illo facti se professi fuerint in terra.

Contemptus in quo iustitiam



res aliquando virtus habetur. Ut nos contra timorem hunc adeo perniciosum confirmet, Dominus nobis inquit per Isaiam;  *Nolite timere opprobrium hominum? Ad quid enim tandem humanus iste contemptus redigitur? Ad adus, & verba. Dere- linquimini, rejiciamini, humiliabimini: eritis ob- jectum obredationis, & irrisionis: hac ea sunt, quæ ne timeatis, imperat Propheta, & cur? Quia malum hoc perfunctorium est; cujus auctores quam- primum vobis obesse non poterunt, cum interim præmia patientiæ vestræ promissa æque ac Deus, ipsorum auctor, sunt duratura:  *Comedet eos ver- mis. . . . Salus autem mea in sempiternum erit.* Propheta sexcentas alias asserere poterat cautas, ne hominum contemptum formidaremus; sed in hac immoratur, quia ad omnem ex cordibus no- stris timorem exterminandum est presentissime. Fieri enim nequaquam potest, ut aliquis bonus esse non audeat, cum sciat, hinc quidem per- fectionem præterire, inde vero virtutis glo- riam æternam futuram. Sub duplici hac facie hu- manum spemur contemptum; & quin illum timeamus, optabimus potius, nosque beatos exi- stimabimus digni habiti, qui pro justitia per- fectionem patiamur.  *P. Segneri in Meditat. Tom. 3.**

Hi contemptus, hæc irrisiones, atque repul- sæ, quæ mihi a mundo metuendæ sunt, si palam in virtutis partes concessero, quamdiu vigeant? Ad summum æque ac earum auctores; pretium vero christianiæ patientiæ destinatum æque vivet ac Deus. Quam cæcus est homo, qui inter hæc ipsa, quæ sunt adeo inæqualia, anceps hæreat. Hi homines sunt, quos mors crastina die auferet, & qui com- putescent; homines suis excacati cupiditatibus, injusti, qui in iudiciis suis fallacissimas regulas se- quuntur. Tanti facere nequeo mundanos homines, ut me illum moveat contemptus. Quanto illis stabit pretio hic iustorum contemptus! hic illis erit turpissimæ confusionis, acerrimique doloris alimen- tum. Non est igitur, quod iustus contra contem- nentes se succenscat; eorum debet misereri. Hic ergo non iustus plorandus est, sed mundi affecta. Cur enim plorandus est, proptereaquod a mundi sectatore contemnitur? Immo ille Deo suo fit iucundior, & acceptior. Si miseratio efficeret, ut ab hominibus haberet in pretio, timerem, Do- mine, me omnem mercedem jam affectum fuis- se; cum autem illi me irridet, ac petunt con- vitia, tunc certus sum, audeo dicere, & meæ erga te fidelitatis, & tuæ remunerationis.  *Idem ibidem.*

Sed rursus quoniam sunt homines isti, quorum contemptus nos terret, ac prohibet, ne JESU CHRISTO adhaeramus? Insuperantem turba est, id constituentium, quod mundus vocat, & cuius approbatio ruborem nobis cedere deberet. Ductus exemplo tuo, Domine, iam te Calvarium versum sequi, videlicet humilitatis, simplicitatis, & christianiæ mortificationis viam amplecti, stat mihi. Me mundus irridebit; Deus autem erit gaudium mihi cogitanti, me nunc incipere tibi si- milem fieri, ubi tuorum opprobriorum particeps fio. Eamus, anima mea, eamus extra castra Sal- vatoris opprobria ferentes. Eamus, & moriamur cum illo, egrediamur de Jerusalem, quæ illum rejicit, atque persequitur. Secedamus ab iis, qui illum spernant, ejusque instituta condemnant; cum illo Calvarium ascendamus, ut inter Cru- cis brachia expiremus.  *P. Segneri in Meditat. Tom. 3.*

Nunquid melius, quam Deus iudicabimus de eo, quod pro nobis vere esse debet gloria, vel confusionis argumentum? Licet Domini Salvatoris humiliactiones amorem ipsius in nos tantummodo testarentur, essent ingrati, injusti, & dementes, si pudore se suffunderemur. Sed quoniam Deus nihil nisi per illas majus operatus est, & antono- masticæ virtus, & fortitudo illius nuncupantur, quænam erit vera gloria, & in quo illam consti- tuemus? Dicit merito potest, nullam rem tantum Christiano nomini officere, quam ob id erubescere, quod meritis, & felicitati esset vertendum. Etiam propter Evangelium erubescere, est idem ac propter virtutem, probitatem, religionem ru- bore suffundi; quem enim pudet hujus regulæ mo- rum? nisi malos homines in omnem effusus libi- dinem, qui per scelera, ac flagitia honoris sui ja- cturam fecerunt, nisi malas mulieres, quæ propter

al. scilicet  
bonis ha-  
berent, præ-  
terit, non  
impatien-  
tiam præ-  
miam.  
Hic. 51.

Mid.

Quid effi-  
cere debeat,  
ut iustus  
mundi ju-  
dicia con-  
temnat.

Licet nos  
mundus  
contemnat  
nostram  
Salvatori  
servitium  
proferri  
debemus.

Nobis eru-  
bescendum  
non est pro-  
pter Evan-  
gelium.

morum-intemperantiam in civitatis ludibrium tra- duntur. Evangelium completitur Salutis vias, Divinæ Sapientiæ instituta, & est totius christia- næ religionis compendium. Quod probum! quod dedecus ideo erubescere! Per Evangelium infanti- tam Dei erga nos bonitatem cognoscimus, sive in iis, quæ operatus est ad peccatoris infirmita- tem curandam, sive in iis, quæ facturus est ad obstinatam illius in criminibus suis pertinaciam puniendam. Evangelium nos docet cognoscere Deum, illum colere, atque diligere; Evangelium patriæ cœlestis certiores nos facit, & erubescimus legentes illud, mediantes illud, ejusque præceptis obsequentes, atque erubescimus hac una vocula de- terrii, quod de nobis dicitur! O summam igna- viam; o dedecus non ferendum!  *P. Croiset in Ascen- sibus Exercit.*

Cum adhuc JESUS CHRISTUS nesciebatur, probri loco erat nomen Christiani, & discipuli ejus legislatoris, qui in Cruce efflaverat animam cuiusvis, qui hoc nomine appellari ausus fuisset. Conclusio tamen, quam Apostolus haurit ex his Salvatoris contumeliis, hæc est, nobis non esse me- tuendum, ut propter Domini nostri amorem id ge- nus injuriis afficiamur:  *Excemus igitur ad eum extra castra, improperium ejus portant.*  Judæi qui- dem hæsitabant, utrum antiquis ritibus abrenun- tiarent palam hominis crucifixi legem amplecturi; sed cum Christiani appellatio nobis amplius non sit pu- doris argumentum, aperta Evangelii professio se- cum fert in oculis mundi confusionem; irridetur iusti simplicitas, Job inquit. Mundus abiecit, turpemque esse putat humilitatem, sensum mor- tificationem, ceteraque christianiæ virtutes: sed strenuus Salvatoris discipulus Mundum finit dice- re, & cogitare quæcumque vult, quin ipsum pu- deat virtutis, quæ contumeliis profertur. Patien- ter sustinet, imo etiam sibi gloria vertit, si iisdem convitiis, quibus Magister suus, afficiatur. Ut in- ter injurias minime labefactemur, in mentem re- vocat opprobria, quæ ad fatietatem usque Salva- toris sustinuit. Si vere Christianus es, talis videare qualis es. Satin est hoc filios tuos, hoc famulos tuos non ignorare? Opus est, ut omnes homines te talem esse cognoscant.  *Excemus extra castra.*  Mundus te irridebit? irridet. Hoc tibi meri- tum erit eodem pacto secum agi, quo cum JESU CHRISTO facti adum:  *improperium ejus portemus.*  Pater Segneri in Meditationibus Tomo 3.

Non debemus erubescere JESUM CHRISTUM quisque secundum statum suum annuntiandum. Lo- quatur mundus de fallacibus placitis suis, nos non nisi JESUM CHRISTUM crucifixum loquamur. Nos autem prædicamus Christum crucifixum. Sine metu Salvatoris causam tueamur; ac ad illam vin- dicandam præsto simus adversus inferorum con-atus in carceribus etiam, & inter sevillima quæ- vis supplicia:  *In defensionem Evangelii positus sum.*  Glorificemus Salvatorem iis rationibus omnibus, quas ad hunc finem adhibere potest discipulus magistro suo devotus, per reverentiam illius ma- jestati debitam, per frequentem mysteriorum ejus participationem, per publicam nostræ Religionis exercitationem, per assiduum testimonia infanti il- lius pretii, in quo a nobis habetur, per omnium bonorum, vitæque nostræ, si ejus nominis gloria populerit, sacrificium:  *In nullo confundar; sed in omni fiducia fides semper.*  Et nunc magnificatus est Christus in corde meo, sive per vitam, sive per mor- tem. Ceterum fieri non possumus perfecti Salva- toris discipuli, quin omnibus opprobriis iustitendâ parati simus. Saculum enim semper contrarium Spiritui filii Dei quibuscumque actibus nostris atq; loliginis succum allinet. Ex illius sententia nostra mundi abrenunciatio libido erit mera, virtus hi- pocrysis, zelus imprudentia, vitæ nostræ ratio cu- piditas per simulatam pietatem, meritorium dese- ctu, inter ceteros emicandi. Sed hilariter, atque constantem has sustinentiam contumelias, si oculos converterimus in Salvatorem nostrum humilitatem, contemptum, affectumque contumeliam propter amo- rem nostri, nostramque sanctificationem:  *Jesus, ut sanctificaret populum suum, extra portam passus est.*   *Idem ibidem.*

Humanus respectus, qui ad hanc usque diem in me suam exercuit tyrannidem, nunquam estic- ciet, ut probem, quod mihi damnandum est, ne- que e contra, ut damnem, quod est probandum.  *Mibi*

Omnia  
ignominie  
genera Sal-  
vatoris sup-  
plicium  
concomi-  
ta sunt  
hocce ve-  
ribus, ut  
ne discipu-  
li ipsius  
habeamur.  
Ad Heb.  
13.

Job 21.

Quomodo  
Christianus  
nullo in  
diffidentia  
habere de-  
bet mundi  
irrisionem.  
Cor. 11.

Ad Philip.

Ad Heb. 13.

Procedat,  
se nullo  
tempore in  
dificentia

*Mibi pro minimo est, ut iudicet ab hominibus.*  Quid- quid de me homines dicant, non laboro. Cogitent quidquid voluerint, meam agendi, vivendique ra- tionem in ludibrium traducant, nil moveo; dum- modo tibi, Domine, placeam. Hæc enim summa est vororum meorum; quandoquidem mihi persua- sum est, idem esse ac tuo cultui abrenunciare, velle hominibus placere:  *Si hominibus placerem, Christi servus non essem.*  Christianæ Considerationes.  *Beatus,*  inquit Dei Filius,  *qui non scandalizatus fuerit in me:*  videlicet, qui scandali occasionem non attriperit ex vita mea paupere, contemptibili, ac patiente. Erubescere Evangelium, nolle ipsum videri, mundi affectum gratiam aucupari, eorumque rationem habere, clam devotum esse, palam vero æquo licentiorum, horrescere pauper- tatem, humilitatem, & Salvatoris passionem; hu- manorum respectum causa bonum omittere, vel malum committere, hoc est scandalizari de JESU CHRISTO, abrenunciare Evangelio, datam in Baptismo fidem violare. Apostatam esse, infide- lem, idololatram.  *P. Croiset in alloquiis pro diebus*

habitu  
humano  
respectu.  
Ad Rom. 1.

Ad Galat. 1.

Ad Rom. 1.  
Ad Galat. 1.  
Ad Rom. 1.

*Adventus.*  Quæ virtus, quæ firmitas habenda est, ut hu- manis adversetur respectibus, qui communis est scopolus probitatis? Honestus homo in vulgi opin- ionibus non subsistit. Si a populo probari non po- test, sese continet intra optimas intentiones suas, quin laborer de injustis eorum murmuratibus, qui magnum meritum nequeunt pati. Minus sol- licitus de iis, quæ dicuntur de se, quam officii suis rite obeundis, ac tenax veteris adagii illius, non ideo virum esse honestum, eo quod honestus videatur, talem se se conformare studet, qualis vult existimari, & ex virtutis principio, cum so- lus est, id clam agit, quod palam facere consue- vit propter scandali, dedecorisque timorem. Oris, verborumque focus inani specie mundum fallere potest, & vulgi iudicium decipere: sed quid spe- randum est ex ea nominis fama, quæ his artibus fuerit comparata? Una via est, quoad veram glo- riam perveniat. Hoc est, bonum esse.  *Sermo Quartus Academiae anni 1703.*

Vir probus  
& honestus  
talis inus-  
ta, qualis  
extra vide-  
tur.

# SALUS ANIMÆ.

Salutis momentum; cura salutis; salutis negligentia &c.

## MONITUM.

**M**ULTA a nobis jam dicta sunt aliquam cum hoc argumento rationem habentia, cum loque- remur de anime dignitate, ac pretio, in quo habenda est: indicat tamen, videlicet in- ferentes conclusiones ex principiis, quæ tunc a nobis fuerant statuta. Iste autem de salute anime nostræ, de cura ejus habenda, deque momento hujus negotii, quod citra omnem du- bitationem præcipuum, & maximum est, vel ut melius dicam, unicum, quod nobis in hac vita sit, accuratius agendum est.

Argumentum hoc ab omnibus fere hujus ætatis concionatoribus pertractatum fuit, habitumque veluti totius christiane disciplinæ fundamentum, & finis omnium sermonum, qui de suggestu habentur. Quomodo nobis opta desitura non est, in cuius electione cavendum, ne quid ex aliis decipiamus argumentis, cum quibus hoc nexum habere potest, cujusmodi est beatitudo, qua in celo fruuntur, qui salvantur, & ternaque eorum infelicitas, qui salutis suæ negotium negligunt; hæc quippe diversa sunt argumenta, suo quolibet loco pertractata. Illud vero, quod hujus argumenti proprium est, & in quo immorabimur, est ob oculos ponere periculum, quod subimus per negligentiam nostram, modicamque nostræ salutis curam; nihil satis precaveri posse in re tanti momenti; necessitatem salutis operandæ, ac eligendi vias, quæ nos ad illam adducant; qui tamen latius verba faciamus de mediis salutis expediendæ singillatim, vel de obic- tis ad id superandis, neque de periculis, quibus jugiter sumus obnoxii, quod infiniti laboris es- set, & totidem diversos sermones exigeret.

## PARAGRAPHUS PRIMUS.

Varia Concionum hujus Argumenti Structura.

**S**ermo in duplicem hanc veritatem dividi potest, quibus continetur quidquid hoc in ar- gumento utilis, ac majoris momenti dici potest. Prior est, animæ salutem omnibus vi- tæ hujus bonis esse præferendam. Altera est; reliqua omnia ad salutem esse referenda, ita ut totidem veluti media sint, per quæ ad hunc finem pervenire possimus.

Quoad primam veritatem, salutem videlicet re- liquis quibuscumque rebus esse præferendam, ali- quot afferemus rationes ad persuadendum aptissi- mas, quæ in lucem suam erunt proferturæ. 1. Quia animæ nostræ salute nihil in oculis Dei ma- jus, & spectabilius est, nihilque illius providentia dignius; quippe ideo cœlum, ac terra, & omnia generatim creata sunt, quæ non nisi propter ho- minem facta sunt, qui in terris positus unice fuit, ut ibi salutem suam operaretur. Ita quo finis no- bilior, atque præstantior est, eo animæ salutis su- perat, quidquid factum non est, nisi ut ad salu- tem consequendam aliquid posset conferre. 2. Quia nihil nobis antiquius esse debet, quippe quod ni- hil magis ad nos pertinet, quam nostra salutis. Hoc negotium procul dubio magni momenti est; agitur quippe de æterna felicitate, vel infelicitate, de lucrando, vel amittendo quidquid boni frigi po- test, idque in omnem æternitatem, præterquam- quod hoc negotium ad nos personaliter spectat,

etenim in aliis quibuscumque pro aliis laboramus, ut filiis prospiciamus, ut familiam in commodio- rem statum vocemus, ut publicæ consulamus uti- litati, ut hæredes ditiores relinquamus, sed pro salute nostra laborantes nobismetipsis laboramus. 3. Quia proprie loquendo animæ nostræ salutis unum illud est, quod in vita necessarium est, quod enim proderit nobis, quidquid hoc in mundo acquirere poterimus, si animæ nostræ in altero æternam ja- cturam patiamur?  *Quid prodest homini, si mundum universum lucratur, anima vero suæ detrimentum patiatur?*  Matth. 16.

Pro secunda veritate: omnia ad salutem esse re- ferenda; hoc est, animæ nostræ salutem esse spe- ctandam in omnibus cœptis nostris, ac omnia huic uni submittenda: 1. consilia, conatque omnes, in quorum singulis ex nobismet debemus exquire- re:  *Quid hoc ad æternitatem?*  2. electionem status; 3. ulum bonorum, & quidquid ad vitam pertinet, ne media convertamus in finem.

1. Salutis negotium unum ex omnibus maximi momenti est, & nihilominus maxime præ cæteris negligitur, & in quo, ut docet experientia, mi- nus curatum impenditur. 2. Incertitudinem est, at- que pluribus, maximeque periculis obnoxium; un- dequaque enim instant pericula: ex parte mundi, qui scopolis plenus est:  *Totus mundus in maligno positus est:*  1. Joan. 5. ex parte nostrum, qui in ma-

II.